

atque indubitata, hasce illi literas Collegii Theologici sigillo majori communitas tradidimus, scriptas Altdorfii Noricorum d. VI. Augusti A. R. O. C I O I O C C I I X.

X.

Data ei Licentia summos in Theologia honores capeffendi, die XXVIII. mensis Augusti ejusdem anni, Deo bene juvante, cum virgine corporis non minus forma, quam animi dotibus ornatissima & lectissima, ELISABETHA MARIA, D. JOHANNIS SAVERBREII, Ministerii Erfurtensis Senioris, Augustanae Confessionis Professoris Publici, ecclesiae Praedicatorum pastoris primarii, Gymnasii & Scholae Senatoriae Protophori, vnica filia, nuptiarum solemnia celebrauit. Quod quidem matrimonium jucundissimum atque fecundum, minus vero diuturnum fuit, post quatuor quippe non integros annos praematura & acerba optimae conjugis morte diremtum. Postquam enim illa alterum infantem a. C I O I O C C X I I. die XXII. Junii feliciter enixa erat, die IV. Julii cum grauissimo mariti dolore extincta dieque VIII. ejusdem mensis diurno funere elata est. Exequias Gymnasium Casimirianum, Directore suo, celeberrimo

berrimo